I muren var en mörker gång, från trappan bort att vandra
Ur thenna verlden aldels ut och in uti then andra,
Straxt en gick afklädd naken bort, kom annan i theſs ſtad,
Then bortgick mer'ndels trumpen var, och thenſom tillkom glad.
Vid trappans ingång var en port, förſedd med lås och ſtångſel.
Hvar gång ther oppe ledigt var, blef här en farlig trångſel
Vaktmäſtarn kom ſom oftaſt ned, tå en blef genom ſläpt;
En annan blef tillbaka ſtött och uppå näſan knäpt.
Kring thenna trappan nedan om vor' Städer, byar, marker
Med ſtora blomſtrand åkerfält, och ſköna gröna parker.
Till ſjelfva porten gick en bred Spatſergång och Allé
Then artigſte ſom någon vill med fina ögon ſe.
Men efter thenna gången var planterad af them rikom;
Så var han endaſt ock för them och androm vederlikom.
Dock uppå ymſe ſidor om vor' ſmala vägar twå
Them the af then gemena hop till porten kunde gå.

Pul-

---

k) *Act. Lit. Suec.* 1721. p. 190. & 1734. p. 65. ſq.

l) Pars 2. p. 136.

Digitized by Google

Pulchra quidem hæc quamuis ſint, ut & plura *Runii* poëmata acuminibus pleniſſima, fatendum tamen ſimul, multa negligentius & extemporali vena ut plurimum esſe fuſa; nonnulla etjam liberius, quam ut probari posſint ingenuis Muſarum cultoribus; adeo ut, ignorantiam limandi perpoliendique, quæ *Ronſardo m*) objici ſolebat, *Runio* quoque optimo jure objeceris. Neque prætermittendos duco verſus, quos in effigiem *Runii*, a *Brennero* ſculptam, ſcripſit Latinus apud nos Poëta celebris, *Guſt. Lithou*, Signifer:

Emicat e rigido frons delectabilis ære;
Numina quæ potuit detinuiſſe novem,
Vindicias heic cerne tui, mirare, Poëſis.
Et decus et genium, Svada, verere tuam.
Desperat Natura parem genuiſſe ſub Arcto,
Unus ut heic punctum Runius *omne tulit.*

Runii laudibus colophonem denique addet, laudatiſſima & Ipſa *Nordenflychtia n*).

Qvicka Runius, *hvad Du ſäger*
Är och blir oſs altid kårt;
Hvad naturligt lynne åger
Är ju altid tycke vårdt.
Faſt Du ſtundom tankar hämtar
Oförmodligt af et rim,
Binds Din vers, ehur Du ſkämtar
Ståds med ett Poëtiſkt lim.
Bland Poëters vårda ſkara
Som en Skald båd qvick och lård
Skall Du rått vålkommen vara
För Din vackra Eftergård *o*).

N För

m) *Baillet Jugem. des Sav.* Tom. IV. P. I. p. 322. ſq.
n) *Våra Förſök* Vol. III. p. 144.
o) *Dudaim*, Pars II. p. 80.

För Din Åre-Trappa *böga*,
Stenſtyl, *S*kalde-bref *med mer*,
Där man aldrig infall tröga,
Länta ord och tankar ſer.
Eld och lättbet hos Dig lyſer
Uti lag och Bröllopps ſtim;
Andagt, *ſötma*, *kraft Du byſer*
I ett andligt Dudaim.
Ja hur kan man Dig nog priſa,
När Du verldſens narr vill bli,
Lockar folket med en Viſa p),
Att förſtå Philoſophie.
Efter tiden Din och ſmaken
Du ſå lyckligt ſnille var,
Att faſt den nu mer är vaken
Mången Dig ej hunnit har.

§. XIX.

Venio jam ad Poëtam, cujus nomen Suio-Gothico Orbi in deliciis eſt, ſemperque erit, ſi qua futura eſt apud nos Litterarum amans poſteritas. Eſt is HAQVINUS SPEGEL *a*), Regni Suio-Gothici Archi-Epiſcopus, hujusque Academiæ quondam Pro-Cancellarius Eminentiſſimus, acris & ſubacti ingenii vir atque conſummatæ eruditionis fama celeberrimus; cujus tanta quidem in Patriam etjam Linguam & Poëſin ſunt merita, ut nemi-

---

p) Hvad måſt alle, Efter falle Vi bår kalle &c. &c.

a) De vita Noſtri cfr. *L. Molin.* Programma in funere *Spegelii* 1714. *Joh. Upmarck* (Roſenadler) Oratio Parentalis in obitum *H. Spegel.* habita Upſaliæ 1714. Recuſa in *Nettelbladtii Memoria Virorum in Suecia Eruditiſſ. Rediviva* ſemiDec. 2. p. 1. *J. Gezelii* Concio Funebris, cui Vitæ Curriculum annexum. *Högmarck* Pſalmopoëographia p. 205. *Rhyzelii* Epiſcopoſcopia P. I. p. 77. *Peringſkiöldii* Monum. Ulleråkerens. p. 187. & *H. J. Sivers* Elogium *Spegelianum*, in noviſſima Poëmatum *Spegelianorum* editione, Norrcopiæ, 1745.

mini ignota esse debeant. Natus erat in pago Blekingorum *Ronneby*, d. 14. Junii 1645. Mercatore patre. Vagulus adhuc puellus utroque orbus parente, prima literarum elementa apud Orbilium quendam Ronnebyensem didicit. Ætatem antevertens, Londinum Scanorum, nondum celebrem illam Gothorum Academiam, accessit, exactoque ibi quadriennio, studio terras visendi exoticas ardens singulari, decimo sexto ætatis anno, relicta Patria, Gryphisvaldiam, Rostochium, Wittembergam & Lipsiam salutavit; Hafniam deinde adiit; mox vero ad Batavos & Britannos cursum flexit, atque sic domum multiplici eruditione, variarumque cognitione linguarum locuples, in Patriam rediit 1664. Moderator studiorum factus Comitum de *Stenbock b*), Upsaliensem Academiam invisit; illaque relicta, novam tunc Lundensem Academiam adiit, tribusque editis Disputationibus laurea ornatus est Philosophica 1671. Vix sacris initiatus ordinibus in aulam Reginæ Viduæ *HEDEVIGIS ELEONORÆ*, eodem anno vocatur; deinde 1675. *CAROLUS* XI. ut sibi a sacris esset supremus *c*), suam in aulam assumsit, inque bello, cum Danis iisdem temporibus gesto, illo Superintendente usus est castrensi. Anno 1679. renuntiata vocatione ad Pastoratus, Gothoburgensem, Malmogiensem & Ronnebyensem, ad E-

 pho-

---

b) *Magni* puta & *Erici*; quorum ille vere *Magnus* & incomparabilis Heros, maximis in *Patriam* officiis, nunquam intermorituram sibi acquisivit famam.

c) Quanta, in ancipiti hoc munere, gratia apud CAROLUM XI valuerit, Litteræ testantur Ipsius Regis gratiosissimæ & amoris plenissimæ ad Vexionensem Episcopum *S. Wirænium*, d. 22. Junii 1690. ubi ita: "*Jagh hafver mist uthi Biskåppen* Spegiel *och Eder ett par så godh och* "*trogna Sjålesörjgare hwilka jag nepeligen nånsin bekåmmer igen, för jag* "*vett i hafva ålskat migh och jagh Edher igen*". Cfr. *Lönbom* Uplysningar i Svenska Historien. 2. Del. p. 109. Aliud omnino habent Ejusdem Regis ad Episcopum *Carlsson* datæ Litteræ; l. c. p. 13.

phoriam designatur Gothlandicam, eamque, peractis *CAROLI* XI. & *UDALRICÆ ELEONORÆ*, copulationis nuptialis ritibus, suscepit, quam tamen 1686. Rege ita jubente, cum Scarensi commutavit. In Jubilæo Upsaliensi, 1693. celebrato, primus inter XV. summos viros Theologiæ Doctor renuntiatus, mox Episcopatum adiit Linkopensem, communibus O-Gothici Cleri receptus votis & acclamationibus. Talem vero tunc Ostro-Gothia accepit Episcopum, qualem raro vidit *d*). Sed

---

d) Recte itaque *Sivers* l. c. p. 17. sequenti Eum prædicat Elogio: "*Han hade drift och fortgång uti alla sina göromål: Han var alfvarsam, när thet behöfdes: glad och vänlig, när thet höfdes så vara: Prästerna vördade honom, såsom sin förman, och han älskade them, såsom sina bröder: han var ödmjuk, men gjorde sig icke för ringa: han brukade myndighet, men utan att vara äregirig*". Multa quidem summi *Viri* in Diæcesin O-Gothicam fuere merita; at specialem Ejus in Gymnasium Scholamque Linkopensem, curam & paternum prorsus amorem, gratissima semper mente celebrabit Linkopia mea. Etenim in funesto illo urbis incendio 1700. funditus deletum quum esset Gymnasium, *Spegelii* indefessa cura mox elegantius surrexit, variis Ipsius ornatum Inscriptionibus, pietatem virtutemque spirantibus. Memoriam hujus rei, Inscriptiones adhuc servant lapidares, boreali Gymnasii latere, curante *Spegelio*, adfixæ; ubi tamen nulla *Spegeliani* Nominis, quæ rara Ipsius fuit modestia, mentio fit. En vero ipsam Inscriptionem: "Anno 1700. d. "30. Januarii horrendo incendio, una cum meliori urbis parte ita labefactata fuit "vetusta hæc Domus, ut tristem minaretur ruinam, & de Ejus restau"ratione multi desperarent. Sed auspiciis & munificentia Glorios. Regis "Nostri CAROLI XII. mox ab extremo occasu vindicata atque in for"mam hanc, pristina longe splendidiorem, restituta est 8. mensibus; to"to opere ad diem usque 20. Aug. A. 1701. feliciter consummato. Vi"vat Rex, *Vigeat* Pax, Floreant Studia". De summo *Spegelii* in Linkopense Athenæum studio, perorantem audiamus Eloquentissimum *Upmarckium*, l. c. p. 44. "Super cetera, in sedula teneræ juventutis institutione, omnis stat cari cura parentis. Ludos Litterarios & minora Lycea, ut Magistrorum studia, dotes, merita dignosceret, sibique describeret; puerorum vero ut natales, indolem, geniumque, mirabili, ut fieri solet, naturæ lusu, in diversa ferentem, notaret, toties ingressus est, quoties oblectationis & relaxamenti quid sibi seponendum judicabat; neque enim hæc inter molesta numerabat. Atque ut circa vernantis ætatis cu-

Sed unicus adhuc restabat honoris gradus, Archi-Episcopatus Upsaliensis. Hunc quoque tulit 1711; sed non diu tenuit. Consummata enim sic gloria Ejus, beatissimo consopitus somno, obdormivit Upsaliæ d. 17. April. 1714. perpetuum sui desiderium & nunquam intermorituram gloriam relinquens. Ossa amantissimi Antistitis servat templum Cathedrale Linkopense; ubi pulchrum Ei Epitaphium erigi curarunt superstites filiæ *e*). In Effigiem *Spegelianam* venuste lusit *Joh. Upmarck:*

Hæc est Haquini *facies veneranda* Spegeli,
Supremus mitræ quem decoravit honos.
Si pietas, doctrina, animi constantia recti,
Et gravitas, tanto munere digna, Viri
Ære simul sculpi possent: hoc pulchrius ære,
Carius hoc, toto nunquid in orbe foret?

Erat certe huic, quod *Horatius* in Poëta requirebat, ingenium, mens divinior & os magna sonaturum. Quam insigni vero & mirabili versus fundendi excelluerit facultate, Poëtica felicissimi ejus ingenii testantur monimenta, variis edita temporibus, summisque excepta laudibus. *Creationis* loquor *Septiduum*, (*Guds Werck och*

 Hvi-

ram alacriores haberet ductores ipsos, fixum sibi ratumque, tum voce, tum re ipsa, & exemplis significabat, nulla vel ætatis, vel eruditionis, vel longæ peregrinationis suffragia apud se tanti fore, quam laborum in hoc pulvere feliciter devorata tædia. Res foret eximiæ delectationis in hac laudis area diutius morari, vel ideo, ut constare possit omnibus, nihil Eminentissimo Antistiti compertius atque exploratius fuisse, quam Litterarum studia Rerump. palladium esse, nec florem fructusque liberalium artium in ea civitate exspectandos esse, in qua inferiores ludi cum sordibus & contemtu luctantur". Bibliothecam quoque Gymnasticam laudando studio curavit *Spegelius*, multisque libris, præsertim post mortem unici atque dilectissimi filii, auxit atque ornavit.

e) Ipsam Inscriptionem vide apud *Rhyzelium* l. c. p. 78. Dormitorium, quod vivus, memor mortis, sibi struxit, variis, iisque mellitissimis, Ipse ornavit Inscriptionibus atque Emblematibus, Vid. *Sivers* l. c. p. 18.

Hvila f), *Paradisum Patentem*, *Clausum ff) rursusque Reseratum (Thet Öpna, Tillslutna g) och Återvundna Paradiset h)*, *Salomonis Sapientiam & Gloriam (Salomons Wisbet och Hårligbet)*, *Emblemata Lincopensia i)*, *Regium Horc-*

f) Primum quidem ἀνωνύμως prodiit Stockholmiæ, 1685. Fol. elegantissimum opus (*Stiernman* Cent. II. Anon. p. 53.) Iterum 1705. 4:o, addito *Paradiso Patente* atque *Clauso*. Tertium Lipsiæ 1725. Quartum denique Norrcopiæ 1745. 4:o additis aliis Auctoris carminibus; quæ Editio omnium adeo locupletissima est. (cfr. *Lärda Tidning*. 1745. N. 26. p. 101. sq. Idem hoc nobilissimum argumentum, admirandam Universi Creationem, carminibus antea celebrarunt alii; præsertim *Gulielmus Sallustius Bartasius*, (Guillauma de Salluste Sieur du Bartas) Poëta Gallus, suo tempore, non ignobilis, multorum saltem Auctor Carminum. (*Rapini* de ipso judicium vide in *Reflexions sur la Poëtique*, p. m. 180.) Opus Ejus *La Premiere Semaine* dictum, 1580. editum, tanto quidem omnium exceptum fuit adplausu, ut triginta numerarunt quidam Editiones intra sex annorum spatium; Italice proinde, Latine, Anglice, Hispanice, Belgice, Germanice & Danice versum. (cfr. *Teissier* Eloges *des Hommes Sçavans* T. II. p. m. 125. & *Baillet Jugem. des Sav.* T. IV. P. I. p. 357. sq. J. A. *Thuani*. Histor. sui temp. Lib. 99, it. ad annum 1590.). Hoc quoque opere se usum fuisse fatetur *Spegelius*. in Præfatione.

ff) Totum hoc opus ex *J. Miltoni*, *Paradise Lost*, esse desumtum, clara res est.

g) Illud ut elaboraret opus, auctor svasorque fuit Generosiss. Comes *Lindschöld*, Musarum ille ocellus, narrante *Spegelio* in præmisso præfamine; ubi suam simul in demortuum tunc Mæcenatem testatur pietatem singularem.

h) Stockh. 1711. 4. una cum *Salomons Wisbet* och *Hårligbet*.

i) Latina sunt & Svetica Disticha, ex sacris Bibliis depromta, quæ in Basilicæ Linkopensis choro depingi curavit *Spegelius*; sed temporis injuria maximam partem jam deleta, digna quæ renoventur. Speciminis loco unum adponam:

En Prâst med girig sorg förſmâder HERrans Bud,
Ock Kyrkjan är hans sorg när buken är hans Gud.
Then lärer intet väl, som sjelfver lefver illa;
Ty onda gärningar the goda ord förspilla.

Horologium, Psalmos Sacros nil non sublime spirantes *k*), minora ut taceam Poëtica opuscula *l*), omnia tersissima & Poëtico spiritu plenissima *m*). Nescius omnino sum

k) Præclara sunt & animosi spiritus plenissima sacra *Spegelii* Cantica; plerosque nostros Hymnos, spiritu, studio, arte ac diligentia superantia. Cui e. g. non placeret svavissimus ille Hymnus: *JESU! lär mig rätt betänka Tin tänkvärda swåra död* &c.? Enumerat omnes *Högmarck* l. c. p. 206. *Appendix eller Tillökning utaf åtskillige Andelige Psalmer*, reperitur ad Calcem Libri: *En Christens Gyllende Clenodium eller Själaskatt*. Holm. 1688. cfr. *Stiernman*. Cent. II. Anon. p. 52. De Psalterio *Spegeliano* cfr. *Högmarck*. p. 157. & *Bälter*, Kyrko-Ceremon. p. 378.

l) 1. *Om Friden*, *1679*. 2. *Öfver* K. Carl XI. *Bilåger 1680*. 3. *Sorgelig Tystnad öfver Prinsarnes* Gustafs och Ulrichs *Dödsfall*. *Stockh*. *1685*. 4. *Klagovisa öfver* K. Carl. XI. *Frånfälle*, *1697*. *Linköp*. 8:o 5. *Satyra öfver en som i sitt Embete myckes fidsar och fjolligt fikes*, *skrifven 1711*. *M:s*. in Bibliotheca *Benzelio*-Linkopensi. N:o LXI. Totus vero titulus hic est:

"*Kort Beskrifning om then Namnkunniga Riddarens* Herr Högmod *Nedfalls märkeliga bedrifter*, *ibland hafsens brusande vågor och hans egna susande tankar*, *trovärdigt af honom sjelf uptecknade*, *och till hans åminnelse lemnade hans gamle och säte*, *vän* Narrman Tookfeldt. *Satyra Domestica*". Initium tale est:

Fins ingen Boileau *som än en gång tors skrifva,*
Om all then galenskap som folk sör nu bedrifva?
Fins ingen som nu vill om sanning tala mer?
Och ingen, hvilken all then stora odygd ser
Som allmänt går i svang? Skall hvar nu få sig göra
Så tokot som han vill och ej sin fel få böra?
Thet tarfdes myckes väl, för tidens flåtija skull,
Att all Apellis färg af galla vore full.
Att han med samma saft them kunde rätt afmåla,
Som känna sig ej sjelf men med sin flygghet pråla
Att hela Helicon bestod af idel salt;
Ty månges fräna kött snart surnar öfver allt &c.

Aliud quoque Poëma, *Babels Byggning* inscribendum, elaborandum sibi sumsisse, Ipse narrat *Spegelius* in Epistola ad *Soph. Elis. Brenner* (vide *S. E. Brenners* Poëtiske Dikter, 2. Del. p. 146).

m) Ita quidem judicarunt summi apud Nos *Viri*. Audiamus *Upmarckium* l. c. p. 49. "Ea certe locutus, quæ non modo Phœbo &

Digitized by Google

ſum, quodnam ex tam larga meſſe ſpecilegium mihi jam ſit eligendum, adeo multæ perſcrutanti ſponte ſeſe offerunt deliciæ. Vel initium Præfaminis Heroici ad Deum Creatorem omnipotentem adponere placet:

HERre tu mächtige Gud! Hela verldenes Skapare Store!
Om jag ſnåller i vett, ſamt vitter i tungone vore,
Skulle tin eviga macht af mig ſå vida berömmas,
Att tina dråpliga Werck ej ſkulle på jordene glömmas!
Evig och obegripelig är tin varelſe rena;
Och tina tankars djup förſtår tin visbet allena!
Härligbet är tin drägt, och ljus tina dagliga kläder
När tu Nådiger åſt all ting ſig frögdar och gläder - - -
- - - -
Åndalös är tin kraft, ty klipporna rämna och buga
Jorden ſkängrar och rädz om tu vilt vredliga truga:
Anglarna ſkyla ſin belgd, ja, Helgon falla till fota,
Kongarna tiggja tin nåd när tu vill vredgas och bota;
Solen ſvartnar i moln när ſom titt ljungande lyſer,
Stjernors glimmande bår af darrande råddboga ryſer:
Himmelen bäpnar och flyr, ja, Himla-Stodarna ſkälſva,
Skyarna ſkifta ſin by, och ſig förblandade bvälſva,
Helvetit bisnar och alt, thet ther bland andarna fängſlas
Gråslige Reſar och Troll djupt under vatnena ängslas &c.

Sed,

Orpheo, ſed Deo & coelo digna ſunt, eam a nobis ingenuam ſaltem confeſſionem obtinebit, nihil in hunc diem par aut geminum ſub Arcto noſtra viſum; obtinebit ſaltem eam famæ nominisque in noſtra gente adoream, quam inter Germanos - - - - æternam meruiſſe creduntur". Audiamus *Rhyzelium* (*Sivers* l. c. p. 25). "Aureum Poëma, quo ſvavius non cantari audivit in ſuo Pindo Phœbus Svio-Gothicus". Audiamus denique *Peringerum Liljeblad*, (in Cenſura *Spegeliani* operis) "Conſtare id ipſum arbitror, ex luculento Poëmate Svecano, de opere Hexaëmero, deque Paradiſiaco ſtatu, quo eximius in Patria noſtra Sacrorum Miniſter, pro ſingulari in artem Poëticam adfectu, Muſis utique obſtetricibus, eodem veluti alter Menander omnem vitæ imaginem

Digitized by Google

Sed, ut canit Poëta *n*).

- - - *opere in longo fas est obrepere somnum*;

ita mirum non videbitur, si in poetico *Spegelii* corpore, tam pulchro tamque venusto, aliquos etjam nævos animadverterit delicatulus Lector, præsertim si ad hodiernum gustum accurate omnia exegerit *o*),

Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus p).

Nimiam in Spegelianis versibus eruditionem perstrinxit Auctor anonymus *q*), qui Nostrum se magis ostendisse Philosophum, quam Poëtam solertem, firmiter sibi persvasit; & hinc duriuscule de Illo judicantem induxit Phœbum:

Välkommen Spegel *bör så bar Apollo menat,*
Att om med Lucidor Du bade Dig förenat,
Han mera konst af Dig, Du drift af bonom lånt
Då bad' I båda två långt mer beröm förtjänt.
Jag tillstår att Din Bok rätt lärda saker drifver;
Men däraf kommer att bon mindre nöje gifver,
En Dikt, en Poësie, som är för mycket lärd
Den är just därföre tycks mig långt mindre värd.
Din Bok, så dömer man, bar oförliklig blifvit,

O *Om*

expressit; - - Sane, in hoc legendo Poëmate, dummodo quis animum adhibeat una cum Minerva, videbit in illis usu venire id, quod de *Homero* dixit *Horatius* Lib. I. Ep. 2. v. 3. 4:

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

n) *Horat.* de Art. Poët. v. 360.

o) Elegans Auctor, qui scripsit *om Tankar i Witterbets Arbeten*, laudatis apposite a *Spegelio* allatis adagiis (p. 93.) sequentem, & jure quidem, addit Epicrisin (p. 318.) "Ehuru Metaphora är liksom en Källa till all behaglighet i tankar, så tycks dock *Spegel* för mycket därmed narras, när han kallar Luften, *regnets brun, stormens rustkammare*; Stjernorna, *Rubine-Ljuskronor*, *Demants-Lampor*; Solen *Werldsens Post*, *Skönbets Spegel*. m. m. adde quæ p. 64. monuit.

p) *Horat.* de Art. Poët. v. 348.

q) *Svenska Nitet* N:o XXV.

Digitized by Google

Om Du den ſamma har på riktig proſa ſkrifvit;
Men gack dock, Vårde Man, Ditt namn bör åradt blì
För djupt förſtånd och vett, faſt ej för Poëſi.

At hunc quidem Phœbi interpretem haud fidelem, æquior Judex, Poëta Ipſe Celeberrimus, excepit ſequentibus:

Nunc nam tempus adeſt, quo effrena licentia plenum
Quidlibet audendi jus putat eſſe ſibi.
Quo Vates, tamquam manibus poſt terga retortis,
Pone triumphales ire jubentur equos.
Carmina nempe Patrum plauſus experta theatris,
Indignis ſordent nunc temerata notis.

\- - -

Te quoque Spegelî, *magno par fama Maroni,*
Cujus & ingenium Suecia tota ſtupet.
Facta immenſa DEi magno ſeu concinis ore,
Seu primi narras triſtia damna Patris.
Te quoque livor edax vexat: ſed crimina ſola
Sunt, Te Cenſori diſſimilem eſſe Tuo r).

Neque tamen veritatis ſinit amor, quo ingenuum quemque duci oportet, aliam, ſicco, quod ajunt, pede obſervationem præterire. Scilicet mutuata eſſe quam plurima *Spegeliano* in opere, ab Danico *Arôboe* carmine, quo ſtupendum Creationis opus modulatus eſt ſ); & ita quidem mutuata, ut exquiſitam ſæpius dixeris verſionem.

r) Nobiliſſ. IHRE, in Diſſertat. *Laurenii* de Ydria P. 2. Upſaliæ 1738. 4.

ſ) Titulus Danici Poëmatis hic eſt: Hexaëmeron Rhythmico-Danicum. Det er: *Verdens Förſte Uges Sex Dages præctige oc mæctige Gierninger - - - Af Anders Chriſtenſon* ARÔBOE. Kiöbenhaffn, 1661. 4:o Fuit vero *Arôboe* Epiſcopus quondam Nidroſienſis, ſed ob crimine, humana quidem, ſed Epiſcopo non condonata, munere privatus Epiſcopali, in Comitiis Bergenſibus 1622. Sacerdos deinde Wordingborgenſis conſtitutus, vitam duxit innocuam; adeo ut, qui Epiſcopali ornatus mitra indecore ſe geſſerit, ruralis factus ſacerdos, nemini offenſioni fuerit.

nem. Mira certe eſt Poëmatum convenientia (haud aliter ac Virgilium inter & Theocritum, quem ſibi ad imitandum propoſuit Mantuanus Poëta, ita quidem, ut non ficta tantum paſtorum nomina in utroque eadem ſint, ſed argumenta quoque ſimilia, nec diverſi dicendi characteres, ſententiarum denique & figurarum magna ſæpe deprehendatur convenientia); quamvis ſimul ſit fatendum, elegantius multo, multoque concinnius

O 2 Sve-

Tel brille au ſecond rang, qui ſ' eclipſe au premier.

Voltaire Henriade Ch. I. 31.

Audiamus *Holbergium* Hiſtrionìam narrantem in *Dannemarks Riges Hiſtorie*, T. II. p. 684. ubi ipſa quoque Epiſcoporum de Collega ſuo ſententia legitur. "Den bekiendte Trundhiemſke Biſp *Arðboe*, var en af de navnkundigſte Biſpe paa de tider, og en af de ſtorſte Poëter, ja den ſom allerforſt har ſkreſvet Ziirligen i Danſk Poëſie - - Beſkyldet for adſkillige groſve Exceſſer og Laſter, ſom han havde begaaet mod ſin ſtand og ſitt Embede. Hans anklager actionerede ham for ſelſomme forſeelſer. (In addita ſententia occurrunt: Letfærdigheds Bedrifter udi ord og andre Gebærder - - - ſaaſom med letfærdig ſang at ſiunge, u-nödig Dantz at Dantze, St. Bentes minde at dricke udi offentlig Laug og Vertſkab, Trommer, at lade ſlaae paa till dantz og ſaadanne Riim at digte, ſom ſtor turbation medfuldte, men og det, ſom meer er (jam capitale crimen accipe infelicis Epiſcopi Poëtæ) med at holde ſig i Eenrom og paa fordægtige ſteder til fremmede Qvindes Perſoner, og paa ſengen hos dem end ogſaa ikke i alle ſine klæder - - - hvilke Fagter og Gebærder ere imod den hoviſkhed og ærbarhed, ſom en Superintendent og Biſp, bor folge). Af denne Dom ſees, at denne mand har været ſær u-ordentlig i ſit levnet, og ſom han var en ſtor Poët, ſaa har han og taget ſig en ſtor Poëtiſk frihed til, og er det troeligt, at den St. Bente, hvis minde han plejede drikke og ſaa ofte paakalde, har været ſaadan een, der neppe kand faae ſted blandt de 9. Kydſke Poëtiſke Gudinder. *Arðboe* blev dog ſiden Præſt i Vordingborg, udi hvilket kald han forhaldt ſig meget ſkikkelig. Hvad *Arðboes* Poëtiſke Skrifter angaaer, da ere meſt bekiendte hans Davids Pſalmer og de forſte 6. Dages arbeide, ſom endnu er i ſtor Eſtime. Men det ovrige, ſom han har øſet af St. Bentes Kilde, maa icke due meget - - - - Ejusdem quoque farinæ ſatique Archi-Epiſcopum Suecia quondam habuit, *Johannem Jerechini*, patria Danum (*Rhyzelius* l. c. p. 43.) in eo tamen Nidroſienſi diſſimilem, quod, quantum ſcimus, Poëta non fuerit. De hoc narrat *Ericus Olai* (Hiſtor. Suecor. Holmiæ 1654. p. 180.) "cum mulieribus.

Svecum expressisse, quæ a Poëta Dano sumserit mutuo. Sed ne gratis hæc dixisse videar, & eandem Suecano Miltono, ac quondam Anglo *u*), fieri quis credat injuriam, en! specimina utriusque Poëtæ, se inter comparanda.

Ad finem Præfationis Danus habet:

- - Saadan Forœring rüg
med andr' utallige fleere,
Du ej, HErre Gud, dig
men Mennisken monne forœre,
At de skulle för det,
dig lofv' och hjertelig priise,
Ja paa hverrende sted,
dig tack oc œrebeviise.
Lige som du oc vist
var Konsten mœctig oc ferdig,
Vilde du uden frist
fuldbjurde Skabningen vœrdig:
Dage sex, stod det paa,
alting, af intet, bereddis,
Siuvende hviilte saa
oc ved de gierninger glœddis.
Vœrdelig om sligt verk
nu skuld oc kunde beregnis,

Quæ ita quidem apud Svecum occurrunt:

- - Sådana gåfvor och gods
Som Himel och jord måste båra,
Gömmer tu ej för tig;
men vill oss gierna förära,
At vi titt hårliga namn
skole lofva och hjertelig prisa,
Och uti allan tid
tig tack och åhra bevisa:
Tu togst arbetet an,
som var slik måstare vårdigt,
Tu fulbordade vål
och giordet snarliga fårdigt;
Hölt sex dagar uppå
all ting af inte beredde,
Siunde hvilade tu,
och tig tina gierningar glådde
- Skulle man om slik Verk
tilbörliga dichta och sjunga,
Maat-

---

nobilibus multam conversationem & familiaritatem habuit, propteresque gravissime infamatus". Vel, ut Svecus Erici interpres reddit. (p. 465.) Med adeliga qvinnor hade han ett måkta sällsamt omgånge, för hvilken ordsak han åfven blef svårligen beryktat". De Archi-Episcopali hocce monstro evolvas, rogo *Nya Sv. Biblioth.* 2. Bandet, St. I. p. 36. sq.

u) Etiam *Miltonus* plagii accusabatur in *Essay on Miltons use and Imitation of the Modern in his Paradise Lost.* London 1750. 8:o. Cujus Auctor Libri *W. Lauder*, suam in manes *Miltoni* impietatem publice fassus & deprecatus est, postquam defensionem *Miltoni*, in se suscepisset *Joh. Douglass*, edito Libro: *Milton vindicated from the charge of plagiarism brought against him.* cfr. *Toland's* Life. of *Milton* (Editio Londin.

Digitized by Google

Maatte mig vel nu ſtærk
en Engle-tunge tilegnis.
Palladis Viisdoms Skriin
vil her fuld ſnarlig udtômmis
Oc Demoſtenes ſiin
for tungen lidet berômmis,
Er ej bedre for raad,
vi os dig, Skaber, tillvende,
Bede med ſuck oc graad
du vilt din hellig Aand ſende:
Hvilken i fôrſte tiid
den raa materie qvegte,
Varmed' af kraften bliid
oc ret ſom Hônnen udklegte:
HErre Gud, hiælp oc varm
gif ljus vort ſyndige hjerte,
HErre Gud dig forbarm
ſtik op din Fackel oc Kierte:
Flydende gôr min Pen
den drif med Fingreve dine,
Lydende giôr din Ven
o Oremåſter hin ſine:
Du, ſom eeniſt dog er
den dôv mand lærer at hôre,
Du o Skabere kier,
lær dummen tungen at rôre
Paa dit Lôfte til gafn
vi ville baabe ja liide,
Hermed i JEſu Nafn
vi ſaa til arbeydet ſkriide.

Sannerlig hôfdes tå
en Ångels heliga tunga!
Palladis orda ſkatt
kan man hår ſnarliga tômma!
Svada har ej thet ljud
at hon kan thetta berômma!
Ty vele vi till tig
oſs, helige Skapare, vånda!
Bedjande att tu vilt
tin kraftiga Anda nedſånda,
Som til verldenes åſt
ett oſantligt åmne beredde,
Och ſom Hônorna ſig
ôfver ungarna ljufliga bredde,
Ach! gif varma och ljus
uti mitt bortſtelnade ſinne!
Låt mina tanckar lått
framflyta ur hjerta och minne:
Fôr nu min ofôra hand
rått fram med fingrarna tina,
Ja, var i nåde benôgd
med ringeſta verſerna mina,
Tu ſom låttliga kan
låta dôfva menniſkor hôra,
Tu kanſt lika ſå vål
then dumbeſta tungona rôra;
Med ſlikt hopp vill jag
alt arbete låttelig lida,
Och uti JEſu Namn
till thenna begynnelſe ſkrida!

O 3 Sed

1761.) p. 126. in not. Characterem *Miltoni* eleganter, uti ſolet, deſcripſit *Hume* Hiſtory of England Ch. 62. T. VII. p. m. 351. ſq. cfr. quoque *A. Woods* Faſtos Oxonienſes. Vol. I. p. 262. ſq.

Digitized by Google

Sed plura exſcribere non vacat. Loca tantum indicabimus, quibus collatis, nihil amplius addendum videtur: *Arböe* p. 2. ſq. *Spegel* p. 1. ſq. A. 10. S. 7. A. 11. S. 8. A. 20-24. S. 14-16. A. 25. S. 17. A. 26. S. 18. A. 29. S. 20. A. 30-40. S. 22.-27. A. 41. S. 28. A. 42. S. 30. A. 48. S. 34. A. 50-52. S. 35-36. A. 54. S. 38. A. 55-57. S. 39. A. 61. S. 43. A. 63. S. 44. A. 70-72. S. 49-51. A. 73-80 S. 53. &c. &c.

Finem huic articulo jam impoſituris in memoriam redit elegans *Spegelii* Elogium, quod Svecica Ei *Sappho* erexit *x*), a nobis non tacendum:

Lärde Spegel *Du ſom qväder*
Vid ditt höga herda-kall,
Jord och vatn, eld och väder,
Foglar, fiſkar, djuren all
Oſs i kort beſkrifning gifvit
Med hvarderas art och drift
Samt hur Eva ändtlig blifvit
Skapad, dårad, ſtraffad, gift;
Vårdigt Du på Svenſka ſpråkar
I beſkrifning, tydlig, ren.
Att Du ſtundom Milton råkar
Gör Ditt arbet intet mehn;
Men den eld, den högd och ſtyrka
Som rätt teckna Skalde-ljud
Kan man röna måſt och dyrka
I Ditt företal till Gud
Ja, vår Kyrka tuſend gånger
Får Ditt Namn med vördnad ſe
När Din anderika Sånger
Hänne tröſt och glädje ge.

§. XX.

x) *Våra Förſök*, Vol. III. p. 142.

VA1 1506970

✡ ✡ ✡

Il n'a paru que ces 14 parties. La maladie de l'auteur a fait discontinuer l'ouvrage.